

A

MEDICAMINVM LIBER.

137

AD VESPARVM VEL APIVM MORSVRAS.

AD uesparū uel apium morsuras maluz folia trita superpones, aut sisami folia, aut ipsum sisamum teres, & cataplasmate impones.

AD SCOLOPENDRÆ CVRAM.

Cum sale & aceto acerrimo calidis fomentabis, & facies cataplasma, & superimpones.

AD MVSTELARVM MORSVM.

Alium teres cum sua cortice masticatum & cyminum, & superlines morsuram, & circa plagam quæ sunt loca. Si autem post pastum mustela morderit & plagam fecerit, cum sale & aceto calidis foue, & hordeum ustum super sparge super plagam, & circa ipsam plagam loca tumentia inlines.

AD CANIS ET HOMINIS MOR-

sum, & simia.

Cinere aceto comiscens, cataplasmate superpones.

D. ORIBASII SAR-

DIANI IULIANI CAESARIS

ARCHIATRI MEDICAMI

NVMLIBER.

ELECTARIVM DIASPOLETI.

B



Hoc medicamen non inutile exponam repertum in Aegyptia lousi ciuitate, atq; inde ob hoc Diaspoleti dictum diapeganū. Cymini in aceto per triduum infusi, & iterū siccati & triti subtilissime pulueris \approx I, piperis lōgi, aut albi, uel si hij defuerint nigri \approx I, rutæ uiridis folia ante unam diem collecta \approx I \approx semuncia. Quod si uenter fuerit strictus \approx I conficies, & istere. Stomachum enim excitat, uentositatē mitigat, digestionem accommodat, aluum mollit, phlegma & bilem educit & extenuat: uitia quoq; pectoris, lateris, epatis, splenis, ac renum curat, & mitigat. Interdum enim cum melle facies electarium, & proficiet phlegmaticis. Interdum autem cum succo pitisanæ confice pro melle, & faciet cholericis & melancholicis. Accipitur enim mane & sero cochlearibus singulis.

CONFECTIO OXYMELLIS.

Mellis optimi heminam unam, & aceti in gustu nō satis acuti, nec satis dulcis heminam unam, coques simul donec reuertatur ad mellis crassitudinem, ita ut in gustu mel non uideatur esse crudum. Dabitur autē cum aqua calida temperatū. Melius ergo est, accipientis sensu iudicari mediocritatem ipsius. Temperantia autem eius quamplurimis expediens est: Sed hoc modo oportet eius temperantia fieri, ut aceti sit una pars, & duæ partes mellis despumati sint, & sic coquatur: Aut hoc modo conficitur cum aqua oxymellis: Mellis miscebis duas partes, & unam aceti, & aquæ quartā partem. Hæc uero coques, ut ad tertiam aut quartā reuertantur portionem, & spumam dum coquitur auferes. Fortius autē si uolueris facere oxymellē, æquales partes aceti & mellis miscebis.

CATARTICVM COPTARION.

Simila \approx IIII, nucleis pineis 2 IIII, pipere 2 II, diagridio 2 IIII, melle despumato quod sufficit. Perfecta autē dosi 2 II datur maxime ictericis ad deponendum.

X 2 COPTA

C Simila, scamonia 2 I, nucleis pineis grana XL, pipere grana XX, melle quod sufficit: dosis autem est 2 I.

PASTELIVS CATARTICVS.

D Lagridio, euphorbio, ana 2 IIII, pipere folio, ana 2 II, melle libra I. Dosis autem est 2 I. Item pastellus catarticus: Diagridio 2 IIII, pipere grana XL, nucleis pineis grana XL, melle despumato 2 VI, facies autem pastellos IIII, aut VI, & dabis unum manducare.

PANIS CATARTICVS.

S Camonia 2 V, salis amoniaci 2 I & 5, sparsi de simila libras II, de salmoria amoniaci salis conficiens sparsum & scamoniam, facies buccellatos numero X. Item panis catarticus: Aniso, sale comuni, pipere, ana 2 IIII, diagridio 2 I & 5, sparsio de simila confectio in uino & melle, hoc est, in uino mulso libras II, facies autem buccellatos XII, & dabis unum in dulci.

Item panis catarticus: Gariophilo I per I, cymino folio, aniso, foeniculi semine, spicanardi, ana I per I, scamonia 2 II, de simila factio sparsio libras II, conficies cum sero lactis, & speciebus tritis puluerem earum admiscebis, & facies panes habentes singulas uncias, & dabis exinde unum in dulci: Quod si bene uolueris purgare facies panes XVI, aut XIX, & dabis ut supra.

BVCELLATI CATARTICI.

D Parsolibrum I, scamonia 2 I, apij semine 2 I & I, epithymo 2 I & 5, agarico 2 5, pipere grana XV, facies autem buccellatos VII, conficiens eos cum uino & melle, aut cum hydromelle, & utere.

Item pastellus catarticus: Flore farinae, nucleis pineis, ana 2 VI, diagridio 2 IIII, mellis 2 I.

SALIS CONFECTIO AD
cholera deponendam.

S Camonia 2 I, pipere 2 IIII, sale comuni frixo 2 I, dabis aut in souo, aut iure gallinae, aut ubi uolueris dabis sine periculo.

Item Sal catarticus faciens cephalargicis, & hemicranicis, & scotomaticis, & quibus in auribus sit sonus, & oculorum uisionem acutiorem reddit, & haemorrhoidas mouet, & menstrua prouocat, & paralyticos curat, & hydropicos iuuat, & ad epilepticos, & arthreticos, & podagricos, & ad phlegmatis abundantiam facit mirabiliter. Euphorbij, piperis, ana 2 I, salis amoniaci 2 II, dabis autem cum mulsa 2 I, & iuuabit ad omnia quae praedicta sunt, & cibum non corruptet. Item sal catarticum, ad omnes longas passiones quae sunt in meninga cerebri, & ad epilepticos, scotomaticos, cephalargicos, hemicranicos, & ad aurium tinnitus, uel sonitum diuturnum. Satis etiam iuuat & ad oculorum dolores, & caliginem tollit, & eos quos sanguis laedit multum iuuat: Sed & typhicos iuuat. Mouet etiam menstrua in quibus constricta sunt, sed & haemorrhoidas mouet similiter. Dabis autem semel in mense eis qui superscriptas patiuntur aegritudines. Cauendum uero est ne ipsa die detur, in qua ante acceperat. Dandus est etiam in declinatione passionis, dabis & in quarto mense. Recipit autem haec, euphorbij 2 IIII, piperis 2 II, salis amoniaci 2 I, cymini 2 I. Integra autem dosis 2 I est, dandus est in mulsa, & quamdiu purgat uentrem, bibat calidam aquam.

APOZIMA

APOZIMA CATARTICA.

Aquæ phialas III, aneti fasciculum unum, cymini quantū digitis semel leuare potueris, diagridij scrupulos IIII, coques ad tertias & dabis ad bibendum. Item apozima catartica, absinthij fasciculum unū, aquæ phialas III, coques ad tertias, & colabis, & terens aloë → IIII, & diagridij → II, dabis cum apozima suprascripta. Alia apozima catartica, ad eos qui colum patiuntur, ut in pedibus deponatur interius. Epithymi, ana → IIII, hellebori nigri, diagridij ana → I, coques in aqua phialis tribus, ut ad unam reuertatur, & dabis bibere. Hoc autē subinde accipiat, ita ut in omni mense, aut in alio, aut satis ut in tertio mense transponat, ut in anno quatuor bibat potiones.

CATARTICVM DIACYDONIVM.

Dicydonijs coctis libram I diagridio ∞ II, pipere, gingibre, ana 2 V, conficies & utere. Aliud catarticum peculiare Oribasij, quod simbiocariō nominauit: Diagridio ∞ II, pipere, gingibere, sale frixo, petroselinō, ana ∞ I, faciens puluerem, dabis in potione 2 II cum mulla.

CATARTICVM AD PHLEGMA

deponendum.

Liquiritia, cocco cnidio purgato, ruta uiridi, ana ∞ I, melle quod sufficit. Aliud. Aneti semine, opio, ameo, pipere, cocco cnidio, croco, lacteridis, ana 2 IIII, apij semine 2 I, cassia 2 III, melle quod sufficit. Dosis autem est cochleare unum aut duo.

CATARTICVM AD CHOLERAM.

BApij semine, pulegio, pipere, ana 2 IIII, diagridio 2 XII, melle quod sufficit. Dabis autem de electario cochleare unū, aut duo, aut tria, secundum accipientiū uirtutem. Aliud catarticum ad cholera deducendā: Aloë → II, diagridio ∞ I, mastiche, absinthij succo, ana 2 II cum succo cydri quod sufficit. Sin minus, cum melle dabis, ut supra.

CATARTICVM MELANCHOLICIS.

Aniso → IIII, petroselino → II, pipere → II, epithymo → VII, melle quod sufficit. Dabis autē cochleare unū, aut duo, secundum accipientiū uirtutem. Item aliud: Epithymo → VIII, menta → II, ruta uiridi → II, Cum optimo uino dabis per dies tres bibere. Aliud: Epithymo → VIII, isin → III. Dabis autē in potione una cum mulla tepida. Item ad melancholiam: Aloë 2 II, epithymi → II, diagridij obulum unum dabis bibere.

Aliud: Aloë → II, epithymo 2 I, diagridio triobolon, dabis in mulla, aut cum calida aqua bibere.

CATARTICVM ELEPHANTIOSIS.

Coloquintidas duas mediocres caute de super aperies, ita ut ex ipsis cooperacula facias, & semine omni euacuabis, lanuginē uero intro remittes, & implebis oleo dulci, & cooperacula sua superpones, & permanebis nocte tota. Alia autem die euacuabis coloquintidas de oleo, & coques coloquintidas in cacabo cum aqua, donec excoquantur, & sic eas tolles & proijcies, & in illa aqua remittes oleum quod fuerat in coloquintidis, & addes ibi hellebori nigri triobolon & scamonia 2 IIII, & ibidem in ipso cacabo pultarium de simila facias, ex quo patiēti ante pridie leuiter cibato ad magnitudinē auellanae dabis XXIIII pilulas glutire, aut si potuerit manducare, & bibat aquā. Aliud catar: elephantiosis.

Accipiens unā coloquintidam maiorem, implebis eam de oleo, & stet plena nocte & die una, & ablato oleo coques coloquintidam in olla noua cum aqua,

X 3 donec

C donec remaneat pars tertia, & sublata coloquintida in aqua ipsa mittes simillam quantum sufficiat, cui admiscebis hellebori nigri 2 I, scamonia 2 I, & agitas cum furculo aneti, & cum fuerit coctum, faciens pilulas ad auellanae magnitudinem, dabis ut glutiat. Catarticus de iure galli senis: Occidens gallum uetustum, omnia interiora eius tolles, & lauans implebis sale, & cum acu & filo confues, & coques cum aqua abundante, & olei modicum habete. Anetum uero & porros mittes ex pleno, ut ibidem simul discoquantur. Cum enim perdiscoctus fuerit gallus, tunc ius fit suaue ad bibendum, & est aptum stomacho, & purgatiuum fit ipsum ius, & non fit minus ad bibendum duabus heminis. Mirabiliter enim facit ad diuturnissimos reumatismos.

INVNCTIO ANI AD EDVCENDAM
uentositatem cum stercore.

R Vtra uiridis teratur, & cum melle coquatur, ut unus succus fiat, & exinde interius anus perungatur, & bene faciet. Melius enim operabitur si admisceas cyminum & modicum nitri. Aliud: Cyclaminis succus in floccolanae inuolutus inijciat, aut succus cyclamini coquatur cum melle, & balanus inde factus inijciatur, aut certe ex ipso cyclamino pastellus factus inijciat. Ventositates enim exeunt abundanter & releuantur.

CVRATIO RVFI.

C Oloquintida interioris 2 XX, camidrii, agarica, ana 2 X, sagapini 2 VIII, popanacis 2 VIII, petroselini, aristolochia rotunda, piperis albi ana 2 V, Cynamomi aut cassia fistula duplo, spicanardi, croci, smyrtii polij, ana 2 IIII. Omnia enim trita & tricozinata cum melle miscens, dabis exinde quamplurime 2 IIII in mulla.

D CATARTICVS LICI AVTORIS,
dulce ad accipiendum.

S Camoniam cum sale quam albissimo teres diutissime, & sic eam in pyxide plumbea duplici uase coques. Modus autem coctionis hoc modo fiet: Pones in pyxide plumbea fistulam, aut cannam, per quam super aquam respiret. In qua pyxide mittes scamoniam, qua cum sale trita est, & mittes pyxidem in uase aqua pleno, ita ut fistula caput foras teneat, qua fixa fuerit in pyxidem. In aqua autem ubi bullierit mittes erum, id est, herbum, & quando herbum coctum fuerit, tolles desuper focum, & sublata pyxide cum se refrigerauerit tolles, & iterum teres ipsam solam, aut cum albo pipere tantum admixto, quo suauior sit ad accipiendum. Si enim sic confecta detur scamonia, neque in ore, neque in stomacho insuaue erit catarticum, & nihil minus purgabit.

VNGENTVM CATARTICVM AD VNGENDVM
anum quod mouet abundanter uentrem.

S Tipteriam cum melle teres, & coques donec rubeat, & ex hoc perlines anum. Vocatur autem hoc medicamen cezanagaci: Facile enim educit uentrem, & sine dolore protrahit.

CATAPOTIARVM CONFLECTIONES
ad uentrem laxandum.

S Camonia, coloquintida, euphorbio, aloë, bdellio, ana 2 IIII, cum succo caulis ea colliges, dosis est III, aut V noctu. Item alia.

Aloë 2 IIII, diagridio 2 I, cum succo caulis colliges: Dabis autem III, aut V, aut VII, noctu. Item catapotia ad typos, faciunt enim ad sanitatem stomachi, & apta sunt stomacho, & uentrem purgant quammaxime, & typos

A typos amputant. Aloë ꝑ II. absinthij succo ꝑ III. squilla interioris ꝑ I. Squillam autem in pane mittēs coques ut bene sit cocta, & post tollens pensabis & mittes in pila, & fortiter tundes, & supermittens succos absinthij, super sparges tritam aloë, & facies spassum, ex quo faciens catapotia ad ciceris magnitudinē, dabis tarde conualescentibus ex ægritudine, & non cito recuperantibus, secundum uirtutem.

Item aliud catapotium, ad quod supra. scamonia ꝑ I. aloë ꝑ I. coloquintidæ interioris ꝑ III. bdellio ꝑ III. mastiche, absinthij succo, brassicæ succo, ana ꝑ III. facies autem catapotia orobicas, & dabis XIII. aut XV. aut XIX. aut XXI. Sin uero qui typos patiunt dederis, dabis VII. aut IX. aut XI. aut XIII. aut satis XV. per dies V. aut VI. aut IX. Si autem uolueris ut phlegmaticū humorem educant, aut citius soluent, addes euphorbij ꝑ I. in tota massa.

Item catapotia, ad typos coactos, Agarico ꝑ II. euphorbio ꝑ II. helleboro ꝑ III. mitro ꝑ II. bdellio ꝑ I. diagridio ꝑ II. epithymo, coloquintida, aloë ana ꝑ II. facies autem catapotia.

Item alia catapotia. Scamonia ꝑ I. aloë, euphorbio ana ꝑ III. cum aqua autem pluuiali facies catapotia, & dabis VII. aut IX. aut XI. aut XIII. aut XV. aut XIX. aut XXI.

OXYMELLIS CATARTICVS.

A Ceti ꝑ III. pulegij plenam manum, hyssopi plenam manū, hæc autem coquens cum aceto ad tertias, post hæc colabis & addes anisi ꝑ I. & 5. polypodij ꝑ I. agarici ꝑ I. & 5. folij —) III. spicæ nardi —) V. petroselinī, epithymī, diagridij ana ꝑ I. tenuem autem puluerem supermittes, & coques cum mellis 55 uno ad lenes prunas ad mellis spissitudinem, & postquam de foco tuleris, mittes diagridium, dabis autem cochlearia tria.

CONFECTIOES DIVERSORVM
trochiscorum. Andronius.

Chalcantho, smyrni ana ꝑ II. libano, stipteria scisti ana ꝑ III. galla asiana ꝑ VI. sidia, aristolochia ana ꝑ VIII. uino austero quod sufficiat, facies trochiscos & utere, cum aceto autem teres, & inlines.

TROCHISCVS MVSÆ.

Stipteria scisti, aloë, smyrni ana ꝑ VI. crocomagnato ꝑ III. chalcanto ꝑ VI. cortice mali granati ꝑ VI. cum uino & melle mixtis conficies & utere. Trochiscus Vari autoris. facit ad hypopias, ad imperigines, ad maculas, & ad carnes supercrescentes, & syringia sanat, facit & ad alia multa, sino pida, iu, xistu, libano, areno, stipteria scisti, æquali pondere cum aceto facies trochiscos

Trochiscus eris, facit ad omnes nomas, maxime autem ad ueretrum, & oris cancos. Croco ꝑ VIII. stipteria ꝑ c. smyrni ꝑ VIII. resolues cum aceto, & melle mixtis & facies trochiscos. Ptisanæ autem infusa teres.

Trochiscus diacartu ad nomas, id est, cancos, carta combusta ꝑ XXXII. calce uiua, arsenico, sandaraca ana ꝑ I. cū succo plantaginis facies trochiscos.

Trochiscus andronius, scisti, smyrni ana ꝑ III. chalcanto ꝑ II. libano ꝑ VIII. cetino ꝑ X. aristolochia ꝑ XII. aliqui ꝑ VIII. galla asiana ꝑ VIII. sapa quod sufficiat.

Trochiscus

C Trochiscus pollidos phragis. Sidia, smirni, aloë, ana 2 VIII. scisti 2 V. libano 2 5. chalcanto 2 V III. felle taurino I VI. uino dulci quod sufficiat.

Trochiscus melas. Sidia 2 X. aristolochia, galla asiana, scisti, ana 2 VIII. aloë, libano, ana 2 IIII. smyrni, chalcanto, ana 2 II. uino bono quod sufficiat, facies trochiscos, & uteris cum sapa.

Trochiscus ad lepras, & impetigines. helleboro albo, pipere longo, cacreo alcionio, sulphure uiuo, calamo aromatico, adarce, & equalia pondera teres & cernes, & cum aceto facies trochiscos: fricabis autem partem ipsam cum aspero panno, & unges cum digito, & in sole facies stare.

Trochiscus crocodis. Smyrni, cistoreo, ana 2 II. croco 2 III. opomicono 2 III. aniso, apij semine, dauci semine, storace, ana 2 IIII. iusquiami semine 2 VI. cum aqua facies trochiscos triobolos, id est siliquas octo aureas pensantes. Trochiscus diaspermatus. facit ad dysentericos & celiacos, & ad uentris fluxum, & ad tussim, & ad profluuium sanguinis, apij semine 2 III. foeniculi semine, aniso, ameo, papaueris albi semine, iusquiami semine, opio, sidus, id est, floribus mali granati, quod si flores non habueris, mittes corticem, ana 2 I. croco, floribus rosarum, galla asiana, ana 2 IIII. Omnia semina in puluerem redigens, & opium in aqua infundens facies trochiscos habentes 2 I. & 5. Dabis autem ad tussim in mulla, ad uentris fluxum, cum succo oryzae. Qui cum tusse reijciunt, cum pusca. Ad profluuium sanguinis, cum aqua de lentisco. Ad nauseam, cum aqua absinthij. Ad interranorum dolorē, uel inflammationem stomachi, in mulla. Ad dysentericos, in apozima rosarum dabis uinum trochiscum mane & sero.

D Trochiscus ad dysentericos, & hæmoptoicos, & ad fluxum sanguinis mulierum. hypocistide, gessamia, galla asiana, acacia, cirro, ana 2 VIII. & cum aqua pluuiali facies trochiscos. Uteris autem ad dysentericos iniiciens cum succo oryzae aut lentisci. Ad hæmoptoicos autem, in uino cyatho frigidæ aquæ mitres medicaminis 2 I. & dabis bibere. Ad fluxum sanguinis mulierum similites iniicies cum aliquo succo arnoglossæ, aut poligoni, aut strigni, aut appones in crocide die lanam, & adijcies ad os matricis resolutum cum succo strigni, aut poligoni, aut arnoglossæ.

Trochiscus ad impetigines. Chalcitheo, misco, sulphure uiuo, calcantho, libano, ana 2 IIII. fici folijs uiridibus 2 VI. cum aceto facies trochiscos, & cum aceto resolues & uteris.

Trochiscus passionis. Lippidus chalco 2 XII. chalcucicaumeno, salis ammoniaci, stipteria, strangili, iu, xistu, ana 2 VIII. libano 2 VIII. teres chalcucicaumenum, alias cernes, lippidū & stipteria teres cum aceto ad solem. Cum autem omnia triueris, mittes libanū & teres diu, quando autem se collegerit, facies trochiscos ad omnes, ubi autē opus fuerit, cum aceto resolues & lines.

Trochiscus proculi podagricis. Sanat autem podagras, ischiadicis, & est uniuersalis ad omnes arthreticos, & omnes dolores, ita ut anno uertente bibatur, & omnem sensibilitatem acutiorem reddit, purgat mitius per urinas, & totum corpus sanius preparat, sanat & epilepsias, & sciros epatis & splenis. Conficitur autem sic. Camitrius 2 IX. centaurea tenui in carpo 2 VIII. aristolochia longade montibus collecta 2 VI. gentiana non pertusa 2 VI. hypirico 2 V. petroselino 2 III. fu. s. I. agarico 2 I. in alio agarico 2 I. melle ff I. Singillatim autem tundes & cernes & admiscebis

A fcebis cum melle, & tundes bene, & facies trochiscos. Vfus autem ut bibantur fit bene digestus, & bibat hora tertia, postea uentrem faciet resolutum cum aqua calida cyathis duobus, & cum acceperit deambulet uel exerciteat. Si autem inchoare uult potionem, non in æstate accipiat, sed in alio aliquo tempore. Interuallum ad balneum aut ad cibum postquam acceperit, trium horarum sit. Digestionem autem & potionem uitet donec impleat totius anni dierum numerum. Sit autem dieta, boni succi, digestibiles. Non supra mensuram accipiat, ut indigestio sentiat. Brassicam enim comedere arthriticis non suadeo. Habet autem aliquid contrarium, uinum uero mediocriter bibant uti oportet, & mediocriter temperato cum cibo.

Trochiscus Diaelectro, id est, de succino. Facit enim ad hæmoptoicos, & ad tussim longinquam & recentem, & phthysicos, & anaphreticos, empyicos, cœliacos, dysentericos, in pneumatominos. Est autem ad aurium causas bonus. Psillio purgato 2 XL. quidam 2 XX. yreo illyrico, mastice, electro, id est succini limatura, croco, ana 2 XXX. opio 2 XV. psillia, id est, herbae pollicaris semina in aqua calida infundes, & quando glutinosa fiet aqua, exprimes eam, & ex liquore ipso conficies medicamem, finges trochiscos, & dabis tres obolos dormitum eunt. Sint autem aquæ ff III.

C Trochiscus Diaagatia, ad podagricos, arthreticos, & ad inflammationes, & ad omnes pruritus initio illitus. Agatia nigra & rubea ana 2 IIII. colli strictionico perlucido 2 III. ichthyocollis 2 IIII. amoniaco amato 2 II. glaucio, aloë, añ 2 II. libano areno 2 I. helleboro albo & nigro añ. 2 I. acetum squilliticum supermittes, & facies trochiscos, & cum opus fuerit teres cum supra scripto aceto trochiscum, & lines locum, & cum se siccauerit, iubebis eum ad balneum ambulare, & cum se lauerit, iterum superunges de ipso medicamine.

Trochiscus hemiceranicus. cardamomi semine 2 IIII. rutæ uiridis folijs 2 IIII. opio 2 I. aceto quod sufficiat.

Trochiscus diaallicacauus, qui & cirrus uocatur, qui facit ad erysypilas, & tri mata, & ad narium tumores resolutus cum aceto aut pulsa aut aqua frigida. lythargyrio 2 XXIII. psimithio 2 XII. stipteria scisti 2 IIII. calcanto 2 IIII. alicacauis cortice uiridi, aut pro alicacauo strigno 2 VIII. sinopidem si uolueris ad colorem faciendum mittes, & facies trochiscos cum aqua, & uteris interdum cum uino aut

Trochiscus diarnoglossus, faciens ad rhagadas, & sicodas, & ad syringia & polipos: Hypocistidos cilo 2 III. licio, balauftio añ. 2 III. opio, rosis siccis, ana 2 II. gallis 2 II. acatia 2 III. plantaginis succo, guminis, sulphure uiuo, rosis, floribus, cornu ceruino usto ana 2 II. facies trochiscos, sicabis in umbra, & uteris cum uino & melle mulsato, resoluens in cote ocularia. Ad polipos autem cum stappa intus mittes, & in die una tertio mutabis.

Trochiscus ad scabiem. lithargyrio 2 II. calce uiua, psimithio, uermicario, ana 2 IIII. uino quod sufficiat.

Trochiscus diacastoreus, qui facit ad oris & ueretri ulcera, & ad dentes laxos, & gingiuas purgat, smyrni, castoreo, stipteria scisti, sidia, iu, xisto, ana 2 II. multo synopico, mifeu ana lib. I. uino quod sufficiat.

Trochiscus ad capitis dolore & oculorum, in lines tempora & oculos iuuabis, & caput, libano, yreo, gumeo, ana 2 IIII. smyrni 2 I. ouorum duorum album simul teres & facies trochiscos, & cum opus fuerit cum aqua resolues & lines.

Trochiscus ad capitis diuersos dolores. Mox ut linieris frontem, amputabis dolorem, utique & si febrerint aut phrenesim patiantur, mirabiliter faciet, lauri bacis & uua uiridi, ana 2 VIII. yreus 2 II. opopanace 2 I. & cum

Cum aceto facies trochiscos, & cum opus fuerit cū aceto & oleo roseo induces.
Trochiscus licinicus ad impetigines. Facit enim ad impetigines pessimas,
Re: de staphisagria, id est pera, folijs fici uiridi 2 II. misco 2 IIII. calcanto 2 II.
calceithea, calce uiua, ana 2 VIII. libano 2 IIII. sulphure uiuo 2 X. aceto qd suffi-

TROCHISCVS AD QVARTANAS. (ciat.

OPIO, ruta, iusquiamo, ana 2 I. croco 2 IIII. cassia 2 III. sulphure uiuo 2
III. cum aqua facies trochiscos pensantes —) II. & dabis in pulca ante
duas horas accessionis.

TROCHISCVS ISCIADICIS ET HY-
dropicis faciens mirabiliter, & per urinas deponens.

Coloquintida 2 VII. peretro 2 IIII. pipere albo 2 II. smyrni 2 II. facies
trochiscos pensantes 2 I. & s. aut duas, & dabis cum dulci, aut in mulla
cyathis duobus, in dies quinque singulas portiones, sanant educendo phlegma.

Trochiscus ad uniuersas passiones, ad insomnetatem, dabis cum aqua cali-
da ad faucium tumorem: prodest cardiacis, colicis, epaticis, spleneticis, simili-
ter in aqua calida. Ad mulieres quæ phantasia patiunt, & quæ iactū frequen-
ter faciunt, in mulla dabis, Ad phthificos in prima portione incidit frigus, in se-
cunda incidit febrem, tertia portio tamdiu sudat, quamdiu incidat omnem typū.
Ad percussum serpentis, ad morsum canis rabiosi, dabis in uino calente tempe-
rato. Ad reumatismum stomachi, ad reuma pulmonis, ad pectoris dolorem, ad
tussim, & qui excreant sanguinem, si sine febre sunt, in uino calido, si febricitā-
tes, in aqua calida. Ad ulcerationem uesicæ, ad stranguriam, curat tumore per
omne corpus. Arthriticis & podagricis in uino temperato dabis. Rec. LL. pa-
pauer album 2 IIII. opium thebaicum 2 IIII. iusquiamū 2 II. liquiritiā 2 I.

D crocū 2 I. storacē calamitē 2 I. litium 2 II. castoreū 2 I. mandragoræ cor-
tices 2 I. hypocistidæ succū 2 II. Has species tundis & cribellas, & facies tro-
chiscos in modum pond. fabæ cappadociæ, & dabis in temperata.

Trochiscus Galeni, ad reuma, ad hæmopticos, ad dentes reumatizatos &
stranguriam patientibus, & uesicā dolētibus, ad omnes reumaticas passiones.
Colicis, spleneticis, phthificis, & ad multas alias passiones. Re. LL. myrrhæ 2 I.
libanum 2 I. opium 2 I. iusquiami 2 s. gariophila 2 s. cinnamomum
2 s. cuphitæ 2 s. liquiritiæ 2 s. Opium uero in aqua infundis, & fac tro-
chiscos pensantes d. I. dabis cum aqua tepida aut cum mulla.

Trochiscus laxatiuus, febrem tollit & omnem molestiam, cinnamomū, ga-
riophilum, crocum, aloë, cassiam, amoniacum, squinantum, diagrid, spicam, liba-
num, ana 2 I. mel quod sufficit.

Trochiscus Diamuseos, cardiacis, scotomaticis, abrotanū siccum, castoreū,
oppopanacē, ana 2 I. s. myrrha, crocum orientale, ruta agrestis semē, piper-
tinapurum, lithos magnetis, cuphita ana 2 I. trita cernis, cōficis cum aceto, & fa-
cis trochiscos ana 2 I. & das icūno in oxymelle.

Trochiscus Nimson, dysentericis, pleureticis, ad mēstrua deponēda. Rec.
H. iusquiami 2 s. selinus sperma 2 s. anisi 2 s. hypocistidis 2 s. opij 2 s. colligis cum
succo poligoni, aut cum succo plantaginis, aut cum uino stiptico, fac trochi-
scos ana 2 I. & utere.

Trochiscus ad omnem tussim. Rec. H. myrrha trochiten 2 VI. libanū 2 V.
opium 2 IIII. iusquiamū 2 IIII. cynoglossæ herbæ de radicibus cortices ad so-
lem siccatos 2 IIII. tundis, cernis, & opium in aqua infundis, & fac trochi-
scos pensantes 2 I.

Trochiscus

A Trochiscus ad uomitum restringendū, & stomachum confortandum, & uentrem stringendum. Rec. ff. anisum, apij semen, ana 2 v l. absinthij pontici .i. piperis 2 vi. opij 2 ii. castorei 2 ii. Sicca tundis & cribras. Opium uero in aqua infundis per triduum, & post missum in mortario teres diligenter, & commisces omnia. Colliges autem ex aqua, & fac taxillos ampliores auellana, quos siccas in umbra, & cum opus fuerit, in aqua calida dabis.

Trochiscus, dysentericis, hæmoptoicis, cæliacis, pleureticis, ad tussim, & qui saniem uomunt. Rec. H. Ameos, anisum, apij semē, aneti semen, sceniculi semen, papaueris nigri semen, balauistia, ypocistides, opium, gumen. Omnia ana .i. collige cum succo plantaginis, & fac trochiscos pond. 2 l.

ELECTARIUM DIAPRASSIUM.

SAnat uertiginem capitis, & caliginem oculorum abstergit, palatum & arteriā purgat, distillationē confringit, dolorē dentium mitigat, reumatismū faucium sedat, dolorem de thorace aufert, & pulmones facilius sanat, cordis dolorem tollit, lateris dolorē conspergit, maxime pleureticos mirifice sanat, sciironē epatis & splenis curat, stomachum corroborat, & ad pristinam sanitatē perducit. Omnibus uero interranis prodest, inflationē aufert, phthysicos sanat, & peripleumonios curat, tussim soluit, nephriticos, calculos, stranguilia sedat, omnē dolorē colicis cōpescit. Qui habet pallidum colorē emendat, mathoicos sanat, menstruū deducit, ad ordinemq; suū reuocat. Qui autē hoc usus fuerit, à multis morbis cōseruat, nec aquæ malignæ, nec nebula, nec paludes illis nocent. Conseruat in itinere & sine ægrotatione, facit ad eos qui uenenū biberint,

B ad morsum serpentis, uel ictus scorpionis, & qui fungum malū comedunt. Stomachus, epar, splen, dolore liberantur. Typum quartanū mitigat, quotidianū & tertianum liberat. Rec. H. amomi xiiii. aristolochiæ rotundæ xiiii. cassiæ fistulæ xi. gariopholi xiiii. storacis cal. xi. myrrhæ, spicæ nardi, costi, piretrian. xii. liquiritiæ xiiii. pul. xii. piperis nigri. xiiii. Reupont. xii. dragaganti xiiii. 33. xiiii. peoniæ xi. saxifragæ, yreos, capparis radicis, ana xiiii. hyssopi xii. pulegij xii. gentianæ unc. iiii. anacardi xii. galbani xii. terebinthinæ xii. petroselinī, maced. xiiii. masticis xiiii. careæ xi. libistini xi. galangæ xii. sir, xilobalsami, carpobalsami, rasuræ eboris, basilici, satureiæ, añ. xi. aneti semen xii. apij semē xii. sceniculi semen xi. ossa de corde cerui xii. ligni aloë xii. cardamomi xii. corallij xi. squinant, xii. origani xi. diptamni .i. uinci tossicu .ii. aron .i. sinonæ xii. diolo rubeo xii. amigdalæ purgatæ xiiii. nuclei pini xiiii. piperis albi xi. balsami xi. musci xi. Cuius confectio talis est, prius species teruntur.

Trochiscus, diapeganum ad omnē typū quotidianū, & notho quartano, & notho tertiano. Rec. H. Crocū .ii. peretrū .ii. origanum .ii. hyssopum .ii. rutæ uiridis .ii. myrrhæ .ii. collige cum aqua & trochiscos fac 2 l. & utere cum aqua calida.

Trochiscus, asmaticis, & suspiriosis. Anisum, sulphur uiuum, ammoniacū, castoreū, melantium uel giptes, omnia ana .i. tusa & cribellata cum aqua collige, & trochiscos fac, dabis cum oxymelle.

TECHNICA CONJECTIO

The first section of the page contains a dense block of text, which is a mirror image of the text on the reverse side of the leaf. This is a result of the book's binding. The text is written in a formal, calligraphic hand.

The main body of the page consists of several paragraphs of text, also mirrored from the reverse side. Each paragraph begins with a large, ornate initial letter. The text is arranged in two columns, with a clear margin between them. The handwriting is consistent throughout the page.

Christi
de...
plur...
no...
de...
In...
vid...
am...
pat...
Qu...
de...
no...
in...
f...
lie...
vid...
da...
over...
dell...
vid...
vid...
qu...
long...
yo...
in...
font...
Qu...
ger...
Qu...
ali...
May...
in...
de...
no...
to...
Man...
Qu...